396.

1

Viro Nobilissimo Doctissimoq
Joanni Ammanno, M.D.
J. P. Breynius
S.

Jacob Philipp
Breyn + 1764
Arzt u Naturforscher
Danzig

Litteræ Tuæ 30. Octobris a. p. ad me datæ fortuna magis secunda ad manus meas pervenerunt, quam illæ antecedentes ex Anglia, quarum mentionem injicis; quas hoc ipso, quo hæc scribo, tempore, quemadmodum et libros a Millero, ut refers, mihi missos, nedum oculis vidi; neq quod valde doleo, visurum spero, cum eas ad manus potius malevolas pervenisse crediderim. Scribas mihi tantum obsecro, quo tempore, qua occasione et cum qua inscriptione illæ ad me missæ fuerint.

Inauguralem Tuam, quæ mihi valde placet, nuper, non quidem Tua, sed Schwenkii, quem nosti, opera accepi.

Plantæ exsiccatæ ex Horto Chelsiano, ut omnia quæ a Te proficiscuntur, mihi erant gratissimæ. Nunc accipe a me de Cocco Radicum Sueci[illegible] ... nuperrime evulgatam et Vale faveq.

Dabam Gedani MDCCXXXI. d. 24 Maij.